

Petrus Tomicki episcopus Cracoviensis  
regni Poloniae vicacancellarius, Joanni de  
Lasko archiepiscopo Gnesnensi, legato  
nato, primate.

Reverendissime in Christo pater et domine  
maior honoraz. Dominus palatinus Siradien-  
sis nepos vestre reverendissime paternitatis cum  
hic esset, literas illius mihi reddidit, quibus  
commemorans ea, quae scripserim de impensa ope-  
ra mea in negotiis domini Miszkowski can-  
cellarii eius, qui hic egit, gravare videtur, tan-  
quam aliquid à me sinistrè adversus illam  
factum. Ego valde doleo meum studium,  
quod mihi semper erat, gratificandi vestre re-  
verendissime paternitati, aliorum ab illa quam  
sit accipi, et non succedere, cum tamen non  
memini, si quam rem mihi committere di-  
gnata fuisset eamque mihi concedisset, quin  
eam non integro et propenso animo exequu-  
tus fuissem, et ut potui non effectam red-  
didissem.

Quod autem subiunxit in ipsis literis: Vir-  
nea mea electa etc: Mi reverendissime domine  
non sum nescius quo pacto vestra reveren-  
dissima paternitas hanc vineam meam co-  
luent, et quam soepe ea cultura mihi in  
amantudinem essent. Utcumque est, ego vir-  
tute et industria mea fretus, superavi hactenus  
adversos



adversos et cuneos et cuniculos, et in posterum Deo bene iuvante superabo. Sed de his haec.

Ego his diebus divina benignitate disponente, ac princeps et reverendissimo domino Joanne episcopo Cracoviensi, in eaque promotione mea, primum capitulum hoc meum mihi quod capit de evocatione sui post curiam vestre reverendissime paternitatis, de qua re plurimi alii tam seculares quam spirituales queruntur, rogo plurimum vestram reverendissimam paternitatem, habere dignetur rationem horum temporum nobis adversissimorum, et curare ut quam minimum homines à nobis offendantur, ne hic finius iurisdictionis nostrae ita nimium tentus, rumpatur aliquando, ut nunc in vicinia pessime agitur.

De aliis quidem in presens non ago, solum praemoneo de his quae impendent. Pro capitulo autem hoc meo rogo, ut vestra paternitas committat eam causam in hac diebusi mea discutiendum, ne quod aliud remedium querere cogamus, quod non libens facerem, libenterque me cum clero meo adversus reverendissimam paternitatem vestram, quam melius si fieri posset, conservarem. Cuius bonae gratiae me commendo, et cupio ut sit incolumis et felix. Datum 1524.